



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

23. Si offers munus tuum ad altare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39546

23. *Si offers munus tuum ad altare.*

DICIT hoc loco Calvinus, Christum pro illius seculi ratione de sacrificijs loqui, hodie dissimile esse nostram conditionem. Sed ut Christi doctrina eadem ac perpetua omnibus seculis sit, nec ad illud solū tempus restringatur quo Iudæorum sacrificia ad Dei cultum pertinebant, (quo nihil magis absurdum) necessario fatendum est non solum in quolibet pio opere ad Dei cultum destinato hanc legem valere (qui tantum tropologicus est huius loci sensus) sed Christum ad litteram de futuro in Ecclesia sua sacrificio externo (quod hæretici hodie agnoscere nolunt) hanc legem tulisse. Nam & nos habemus altare, de quo edere non possunt, qui deseruiunt tabernaculo; ait Paulus: de quo etiam sacrificio dicit: *Probet seipsum omnis homo, & sic de pane illo edat, &c.* Summa autem probationis pars est, ut omnis eum fratre similtas penitus aboleatur: quod hic imprimis Christum spectasse veteres interpretes annotarunt. Chrysost. homil. 16. ubi ait. *Audiant hi qui sacris mysterijs initiati cum inimicis ad communionem altaris accedunt.* Rursus hom. 11. operis imperfecti. Hilarius in Matth. Can. 5. & Augustinus lib. 1. cap. 20. de hoc serm. Domini in monte.

Sacrificiis
in Eccle-
sia exter-
num.
Heb. 13.

1. Cor. 11

26. *Non exies inde, donec soluas nouissimum quadrantem.*

DE BACCHATVR hoc loco prolixè Calvini-
nus contra Catholicos modernos, qui in per-
petua huius loci allegoria purgatorium fabricant, quod ut
inueniant, Diabolo fratres & amicos illos esse oportere ait,
quia aduersarium hoc loco Diabolū exponunt. Sed captio-

Catholi-
corum ac-
cusatio
immerita.

D 4 sus